

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Strabonis Geographicorvm [geographicorum] Lib. XVII**

**Strabo**

**Basileae, 1539**

[Initiale]

**urn:nbn:de:bsz:31-67095**

# STRABONIS PHILOSOPHI GEOGRAPHICORVM

LIBER PRIMVS.



I Q V A ad philosophum alia pertineat tractatio, & hanc quam hoc tempore de situ orbis delegimus, consideran-  
dam illi esse putamus. Quod autem nostra haec minime  
aspernanda sit aestimatio, permultis declaratur. nam qui  
eam primi attingere ausi fuerant, tales quidam extitere,  
Homerus, Anaximander Milesius, Hecataeus concius  
eius(ut inquit Eratosthenes) Democritus, Eudoxus, Di-  
cæarchus, Ephorus, alijsq; cõplures. Post hos etiam Erato-  
sthenes, Polybius, Posidonius, uiri philosophi. Multa uero disciplina, per quam <sup>philosophia.</sup>  
solam ad hoc opus perueniri conceditur, nullius alterius est, nisi eius, qui diuina si-  
mul & humana intueatur, quorum uidelicet scientiam, philosophiam esse dicunt.  
Eodem modo uaria est utilitas, quædam ad res urbanas, actionesq; principum,  
nonnulla ad cælestium, terrestrium, rerumq; maritimarum scientiam, animalium,  
plantarum, fructuum, & aliorum, quæ penes uniuersos cernere fas est. Haec eun-  
dem postulat hominem, qui artes uitæ, ac felicitatem cura & cogitatione comple-  
ctatur. Ex ijs autem quæ dicta sunt, unumquodq; assumentes, magis adhuc con-  
sideremus, in primis quia & nos & maiores nostri recte sumus arbitrati, ex qui-  
bus Hipparchus est, qui Homerum huius peritiæ primarium authorem esse tradit. <sup>Homeri laus</sup>  
Is non solum uniuersos priores, ac posteriores uirtute poëtica superauit, sed  
etiam ipsa fermè rerum ciuilium, quæ ad uitam spectant, experientia. Ex qua non  
modo singulare ad res gerendas studium adhibuit, ut plurimas cognosceret, cogni-  
tasq; posteris traderet, uerum etiam & singularum partium locos, & qui per cun-  
ctum orbem, terram uidelicet habitabilem, ac mare sunt. Non enim ad extremos  
usq; ipsius terminos peruenisset memoria, circunlustrando, nec ipsam primū qui-  
dem ab oceano allutam (sicut est) demonstrasset, deinde pleraque loca nominatim  
expresisset, nonnulla uero signis quibusdam occultius insinuasset, Africam, &  
Aethiopiā, & Sidonios, & Erembos, quos Arabes Troglodytas, hoc est, cauerna= <sup>Troglodytae.</sup>  
rum incolas iure dixeris, uerbis elocutus esset. Qui uero ad ortus & occasus perti-  
nerent, obscurius significauit, quod alluantur oceano. Hinc enim orientem solem,  
& in hunc occidentem facit pariter & stellas.

πέλιος μέπτεται νέον προσέβαλλεν ἀγρόεσσι  
Ἄπελλερέται δεθυέρρος ὄπεανοι. id est,

Inde recens radijs iam sol percusserat arua,  
Oceanilenta alti præfugerat undas.

γύρω επι τὸν ὄκεανον λαμπρὸν φάσις πέλιοι  
ἄλοι τούτα μέλαιναν. id est,

Incidit oceano lux fulgentissima solis,  
Nigrantem noctem & madidantia sydera dicens.

Ex oceano uidelicet dicit. Eorum etiam qui occasum incolunt, mortalium foeli-  
citatem ostendit, & aëris temperiem: cum (ut uidetur) Hispanicam nauigatio-  
nem intellexisset, quo & Hercules, & posterius Phœnices exercitum duclarunt, & <sup>oceano dicit,</sup>

Carmē Home  
ri ex Iliad. 11. 742

Iliad. 8.

Forte legen-

dum hunc in

modum,

sydera lota

a